

Guglielmo, viro et eruditissimo et optimo⁽¹⁾, litteras illas monstraveris, carum iam^(a) habeo, quoniam inter suos connumerare^(b) me velit. nichil enim iam cupio latere eum quod in me sit, nichil esse quod nesciat. si qua virtus, si quod ingenium est, castigationem suam et pertimescat et sentiat. nam cum proxime Venetiis essem, egoque, etsi magnopere cuperem, temeritati tamen michi ascribi vereretur inconsulte eum hominem adire, quem tanti scirem et a te et a ceteris fieri, captata tamen, ut forte potui, occasione ex magistro Aldovrandino^(c), hospite suo, illi me exhibui, qui summa gratia atque omni humanitate me admisit, id testatus^(e), ita te velle atque ita pridem iussisse, ut, qui tuus sum, suus quoque et illi essem. hoc autem quanti michi muneris iudicem^(d), quante felicitati ascribam, non possum digne satis explicare, qui tam integerrimum virum amicum michi comparaverim teque huius amicitie pignus atque auctorem habeam. coemerint alii in hac celebritate mercati^(e) pretiosas merces: aurum, gemmas, et si quicquam splendidius est, conquisierint, attulerint, contulerint, referant; ego rem nactus sum, cui non est facile par in orbe pretium.

Parentes meos magna puto verecundia teneat^(f), quod conspectum tuum, ut ita dixerim, fugitent^(g). norunt quantum ego tibi debeam quamque ipsi ex me tibi obnoxii sint. nichil se dignum

sione Guglielmo da Ravenna, che vuole ch'ei sia tra i suoi.

Di recente lo ha conosciuto a Venezia presso Aldovrandino da Ferrara,

e n'ebbe lieta accoglienza.

L'acquisto d'un tale amico gli è sopra ogni cosa prezioso, e quindi ringrazia Giovanni che gliel'ha procurato.

Se i suoi genitori poi fuggono il di lui cospetto, è perché provano vergogna, sapendosi incapaci di ricam-

- (a) *RG in marg.* gratum iam (b) *BCC* connumerari (c) *C* id te testatus
(d) *R* iudicem (e) *BG* mercatus (f) *B²C* teneant (g) *B* fugitem *RG* fugerint

(1) Guglielmo da Ravenna, amico e coetaneo di Giovanni da Ravenna, dapprima medico a Ragusa nel 1366, sin dal 1367 stabilito a Venezia, dove in quell'anno ottenne la cittadinanza de i n t u s; fu nominato esecutore del testamento di Donato degli Albanzani, steso il 22 ottobre 1371. Allontanatosi da Venezia, benché medico a stipendio pubblico, durante la peste del 1373, «quia supervenit sibi unum de illis «pestiferis accidentibus, taliter quod «nisi se absentasset erat penitus mortuus», fu tuttavia confermato nella sua condotta nel 1377, e nel 1388 lo troviamo esecutore testamentario di

Bonincontro, abate di S. Giorgio Maggiore. Dice Giovanni da Ravenna in una lettera del 22 dicembre 1389, che Guglielmo «sic opera medice opis clarus et opulens evasit, ut tum aspirante «ambifariam fortuna tum vite gravitate mortalium cunctorum unice «cultu et honore celebretur» (cf. *epistola CXVII*; R. SABBADINI, *Giovanni da Ravenna cit.*, p. 208 &c.; B. CECCHETTI, *La Medicina in Venezia nel 1300 cit.*, pp. 87, 106, 379; BERTANZA e DALLA SANTA, *Documenti per la Storia della coltura in Venezia cit.*, I, p. 118).

(2) Il fisico da Ferrara. Cf. la nota all'epist. XI.